

Vorbereidend  
Wetenschappelijk  
Onderwijs

**19 | 95**

Tijdvak 1  
Dinsdag 16 mei  
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

## Tekst 1

1 „Quid ergo? infra illum nulli gradus sunt? statim a sapientia praeceps est?” Non, ut  
2 existimo; nam qui proficit in numero quidem stultorum est, magno tamen intervallo ab  
3 illis diducitur. Inter ipsos quoque proficientes sunt magna discrimina: in tres classes, ut  
4 quibusdam placet, dividuntur.

2 Primi sunt qui sapientiam nondum habent sed iam in vicinia eius constiterunt;  
5 tamen etiam quod prope est extra est. Qui sint hi quaeris? qui omnes iam adfectus ac  
6 vitia posuerunt, quae erant complectenda didicerunt, sed illis adhuc inexperta fiducia est.  
7 Bonum suum nondum in usu habent, iam tamen in illa quae fugerunt decidere non  
8 possunt; iam ibi sunt unde non est retro lapsus, sed hoc illis de se nondum liquet: quod  
9 in quadam epistula scripsisse me memini, ”scire se nesciunt”. Iam contigit illis bono suo  
10 frui, nondum confidere.

3 Quidam hoc proficientium genus de quo locutus sum ita complectuntur ut illos  
12 dicant iam effugisse morbos animi, adfectus nondum, et adhuc in lubrico stare, quia  
13 nemo sit extra periculum malitiae nisi qui totam eam excussit; nemo autem illam excussit  
14 nisi qui pro illa sapientiam adsumpsit. Quid inter morbos animi intersit et adfectus saepe  
15 iam dixi. Nunc quoque te admonebo: morbi sunt inveterata vitia et dura, ut avaritia, ut  
16 ambitio; nimio artius haec animum implicuerunt et perpetua eius mala esse coeperunt. Ut  
17 breviter finiam, morbus est iudicium in pravo pertinax, tamquam valde expetenda sint  
18 quae leviter expetenda sunt; vel, si mavis, ita finiamus: nimis imminere leviter petendis  
19 vel ex toto non petendis, aut in magno pretio habere in aliquo habenda vel in nullo.  
20 Adfectus sunt motus animi improbabiles, subiti et concitati, qui frequentes neglectique  
21 fecere morbum, sicut destillatio una nec adhuc in morem adducta tussim facit, adsidua et  
22 vetus pthisin. Itaque qui plurimum profecere extra morbos sunt, adfectus adhuc sentiunt  
23 perfecto proximi.

4 Secundum genus est eorum qui et maxima animi mala et adfectus deposuerunt, sed  
25 ita ut non sit illis securitatis suae certa possessio; possunt enim in eadem relabi.

5 Tertium illud genus extra multa et magna vitia est, sed non extra omnia. Effugit  
27 avaritiam sed iram adhuc sentit; iam non sollicitatur libidine, etiamnunc ambitione; iam  
28 non concupiscit, sed adhuc timet, et in ipso metu ad quaedam satis firmus est, quibusdam  
29 cedit: mortem contemnit, dolorem reformidat. De hoc loco aliquid cogitemus: bene  
30 nobiscum agetur, si in hunc admittimur numerum. Magna felicitate naturae magnaue et  
31 adsidua intentione studii secundus occupatur gradus; sed ne hic quidem contemnendus  
32 est color tertius. Cogita quantum circa te videas malorum; aspice quam nullum sit nefas  
33 sine exemplo, quantum cotidie nequitia proficiat, quantum publice privatimque peccetur:  
34 intelleges satis nos consequi, si inter pessimos non sumus.  
35

*Seneca, Ad Lucilium Epistula 75, 8–15*

## Tekst 2

1 Tamen tu indignaris aliquid aut quereris et non intellegis nihil esse in istis mali nisi  
2 hoc unum quod indignaris et quereris? Si me interrogas, nihil puto viro miserum nisi  
3 aliquid esse in rerum natura quod putet miserum. Non feram me quo die aliquid ferre  
4 non potero. Male valeo: pars fati est. Familia decubuit, fenus offendit, domus crepuit,  
5 damna, vulnera, labores, metus incucurrerunt: solet fieri. Hoc parum est: debuit fieri.  
6 Decernuntur ista, non accidunt.

2 Si quid credis mihi, intimos adfectus meos tibi cum maxime detego: in omnibus  
7 quae adversa videntur et dura sic formatus sum: non pareo deo sed adsentior; ex animo  
8 illum, non quia necesse est, sequor. Nihil umquam mihi incidet quod tristis excipiam,  
9 quod malo vultu; nullum tributum invitus conferam. Omnia autem ad quae gemimus,  
10 quae expavescimus, tributa vitae sunt: horum, mi Lucili, nec speraveris immunitatem nec  
11 petieris.

3 Vesicae te dolor inquietavit, epistulae venerunt parum dulces, detrimenta continua  
13 – propius accedam, de capite timuisti. Quid, tu nesciebas haec te optare cum optares  
14

15 senectutem? Omnia ista in longa vita sunt, quomodo in longa via et pulvis et lutum et  
16 pluvia.

4 17 „Sed volebam vivere, carere tamen incommodis omnibus.” Tam effeminata vox  
18 virum dedecet. Videris quemadmodum hoc votum meum excipias; ego illud magno  
19 animo, non tantum bono facio: neque di neque deae faciant ut te fortuna in deliciis  
20 habeat.

5 21 Ipse te interroga, si quis potestatem tibi deus faciat, utrum velis vivere in macello  
22 an in castris. Atqui vivere, Lucili, militare est. Itaque hi qui iactantur et per operosa atque  
23 ardua sursum ac deorsum eunt et expeditiones periculosissimas obeunt fortes viri sunt  
24 primoresque castrorum; isti quos putida quies aliis laborantibus molliter habet turturillae  
25 sunt, tuti contumeliae causa. Vale.

*Seneca, Ad Lucilium Epistula 96*

## Tekst 3

In zijn Bespiegelingen over Levenswijsheid schrijft de Duitse filosoof Schopenhauer:

1 Vandaar dat een goede gezondheid voor ons welzijn van het allergrootste belang is,  
2 onmiddellijk gevolgd door de middelen waarmee wij onszelf in stand houden, met andere  
3 woorden een gegarandeerd inkomen. Eer, luister, rang en roem, hoeveel waarde we  
4 daaraan ook mogen hechten, kunnen met die wezenlijke waarden niet wedijveren noch ze  
5 vervangen. Veeleer zouden deze, indien de nood aan de man zou komen, voor die echt  
6 belangrijke waarden moeten worden opgeofferd.

## Tekst 4

1 Volgens de stoïcijnen is het niet de taak van de filosofie de mensen te leren hoe zij  
2 hun handen moeten gebruiken. Het doel van haar lessen is de ziel te vormen. „Straks  
3 vertellen ze ons nog” roept Seneca uit „dat de eerste schoenmaker een filosoof was.” Wat  
4 mij betreft, wanneer ik gedwongen zou worden een keuze te maken tussen de eerste  
5 schoenmaker en de schrijver van de drie boeken De Ira, dan koos ik voor de  
6 schoenmaker. Het is misschien erger boos te worden dan natte voeten te krijgen, maar  
7 schoenen hebben voorkomen dat miljoenen mensen natte voeten kregen; en ik betwijfel  
8 of Seneca ooit iemand ervan weerhouden heeft boos te worden.

2 9 Slechts met de grootste tegenzin kan Seneca ertoe gebracht worden toe te geven dat  
10 een filosoof ooit enige aandacht heeft besteed aan iets dat mogelijk zou kunnen  
11 bijdragen aan wat het gewone volk beschouwt als het welzijn van de mensheid. Hij doet  
12 zijn uiterste best Democritus te bevrijden van de schandelijke reputatie dat hij de eerste  
13 stenen boogconstructie heeft gebouwd, en Anacharsis van de beschuldiging dat hij de  
14 pottenbakkersschijf heeft uitgevonden. Hij ziet zich gedwongen toe te geven dat zoiets  
15 voor kan komen. En het komt ook wel eens voor, vertelt hij ons, dat een filosoof hard  
16 kan lopen. Maar het is niet als filosoof dat hij een hardlooptwedstrijd wint of een  
17 machine uitvindt.

3 18 Nee, zeker niet. Het was de taak van de filosoof een lofzang te houden op de  
19 armoede, met zes miljoen gulden op de bank; spitsvondige gedachten te formuleren over  
20 het kwaad van de weelde, in tuinen waar keizers jaloers op waren; te oreren over de  
21 vrijheid en ondertussen de hielen te likken van de brutale en verwende liberti van een  
22 tiran; de goddelijke schoonheid van de deugd te verheerlijken, met dezelfde pen waarmee  
23 zojuist een moedermoord was goedgepraat.

*Thomas Macaulay, Essays*

In het voorafgaande heeft Seneca gezegd dat mensen hun fouten aan zichzelf behoren toe te schrijven en niet aan uiterlijke omstandigheden. In de onderstaande passage werkt hij deze gedachte uit aan de hand van het voorbeeld van een zwakzinnige slavin die hij van zijn eerste vrouw heeft geërfd.

1 — 1 Haec fatua subito desiit videre. Incredibilem rem tibi narro, sed veram: nescit se  
 — 2 esse caecam; subinde paedagogum suum rogat ut migret; ait domum tenebricosam esse.  
 2 — 3 Hoc, quod in illa ridemus, omnibus nobis accidere liqueat tibi: nemo se avarum  
 — 4 esse intellegit, nemo cupidum. Caeci tamen ducem quaerunt, nos sine duce erramus et  
 — 5 dicimus: „Non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romae potest vivere; non ego  
 — 6 sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit; non est meum vitium, quod  
 — 7 iracundus sum, quod nondum constitui certum genus vitae: adulescentia haec facit.”  
 3 — 8 Quid nos decipimus? Non est extrinsecus malum nostrum: intra nos est, in  
 — 9 visceribus ipsis sedet, et ideo difficulter ad sanitatem pervenimus, quia nos aegrotare  
 — 10 nescimus.

— *Seneca, Ad Lucilium Epistula 50, 2–4*

regel 1	<b>fatuus</b> zwakzinnig
regel 2	<b>subinde</b> voortdurend
regel 3	<b>paedagogus</b> begeleider
regel 4	<b>quod</b> Object bij ridere.
regel 6	<b>liquere</b> duidelijk zijn
regel 7	<b>nemo cupidum</b> Ellips.
regel 8	<b>tamen</b> tenminste nog
regel 9	<b>sumptuosus</b> verkwistend
	<b>impensa</b> uitgave
	<b>certum genus vitae</b> ordelijke levenswijze
	<b>extrinsecus</b> buiten ons
	<b>viscera, -um</b> ingewanden

Einde